



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XIV. De Bestiis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

de *Aerar public.* c. 2. p. 28. Bodin. lib. 5. de *Republica*, c. 5. Solent igitur Imperatores & Reges primores Regni sui honorare, dum eos caput cooperire jubent, Cognatos, amicos, fratres suos vocant, & volunt ut à subditis honorentur. Perez. Cod. ut dign. ord. serv. n. 19. seqq.

II.

Benevolum Judicem habere bonum est. Jac. *Alzer in hist. process. jur. part. 1. c. 2. obs. 2. num. 1.*

III.

Sæpe, quod ex voluntate & benevolentia cooperat, in necessitatem cadit, licet de jure nec princeps nec privatus ullum jus acquirat, ex actu, qui à mera voluntate procedit. Ita ex præstationibus subditorum domino factis consuetudo inducitur & illa præscriptione firmantur immemorabili. vid. Perez. Cod. de auro coronar. n. 6. 7. 8.

CAP. XIII. De Benignitate, Benigno, Rigore juris, Severitate.

Axioma I.

Benignitas merito laudanda. *l. si ventri 24. §. 3. ibi: potest benigne dici. ff. de priv. cred.* Unde i. quod benigne datum cum fraude revocari non debet. *l. 62. de Ed. Ed. 2. in legum dubia interpretatione benignior semper, id est, juris rigore prætermisso, ut ait gl. in l. si statum liber 6. ff. de stat. lib. est sequenda l. proximè 3. circa med. ff. de his quæ in testam. l. si fuerit 10. §. 1. de Reb. dub. Ratio quia benignitas æquitati tribuitur, sicut ratio juri *l. nulla 25. de leg. & 3. in pronunciando etiam benignitatis ratio rigori juris est præferenda. l. si tibi pecuniam 20. in fin. ff. si cert. pet. l. si tibi 25. de donat.* Unde est quod benignitatem condemnationi inferenda. Fulv. Pac. lib. 2. de probat. cap. 44. num. 37. censet, meliusque esse nocentem absolvere quam innocentem condemnare. *JCrus in l. 5. ff. de pen. statuat. l. Adrianus 47. ff. de Obl. & Act. l. inter 38. de re jud. Alciat. 3. presunt. 44.**

II.

In benignitate & severitate æquitas consistit pro facti sc. circumstantiis Decian. in *l. fugitivi 5. num. 94. C. de serv. fugit. Jason. in l. et si legibus. num. 4. C. si contra jus vel util. pub. de qua relatè tractat Benckend. ad l. 1. p. 4. membr. 4. limit. a. per tot. ff. de R. I. & Ant. Mar. Corat. d. cas. 32. per tot. Jac. *Alzer in hist. proc. jur. part. 1. c. 2. obs. 4. n. ult.**

CAP. XIV. De Bestiis.

Axioma I.

Bestiis nihil inest virtutis. Conan. *Comment. jur. civil. lib. 1. c. 6. n. 1.* hinc cum bestiis certare infamia notatur: Provincia tamen noxias occidere licet *l. 1. §. 6. de postuland. vid. Perez. Cod. de Venat. Ferar. n. 1. 6.*

II.

Bestiæ caveis incluse principique transmissæ non plus quam septem diebus intra singulas civitates reineri possunt, tum ob periculum evasione, tum ob sumtus qui ad eorum alimoniam ex publico suppeditari debent. *l. 1. un. C. de Venat. Ferar. ibique Perez. n. 16. seq.*

CAP. XV.

De Bibulis: Ebrietate.

Axioma I.

Bibuli sunt immemores legum. *gloss. in l. fin. verb. quæreret. Cod. in quibus causis. in integr.* ubi tamen Plæcia nimis insolenter Imperatori Justiniano temulentiam tribuit, cum ipse leges melius componere ignorat.

II.

Bibacior quo quis, eo malitiosior, sicut etiam aleator, quo doctior eo nequior. *Sarisbon. lib. 8. de nug. cur. cap. 6. quo magis dolendi sunt illi qui ex bibacitate gloriam quærunt: quos falsè perstringit Carpi. in præf. crim. p. 3. quæst. 146. num. 12. & seqq. ubi & illam quæstionem, An & quatenus ebrietas in delictis excuset, declarat.*

CAP. XVI.

Biennium.

Axioma I.

Biennium est tempus angustum. *l. 1. in princ. C. de usucap. transform. vide infra de tempore.*

II.

Biennium continuum, quo actio de dolo præscribitur in *l. fin. C. de dolo malo* non est mutatum in quadriennium *l. fin. C. de temp. in integrum restit. Erumm. ad l. fin. C. de dolo. n. 7. Myns. cent. 1. obs. 51.*

CAP. XVII.

Bis.

Axioma I.

Bis das, qui cito dat. *Damhouder. in tractat. parium. loco dare invite.*

II.

Bisidem promitti aut solvi eadem res non potest. *§. sic itaque 15. de act. l. qui bis 18. de Verb. Oblig. adde infra 2. 18. 3.*

Limita 1, nisi quantitas promissa sit. *l. 34. §. 3. de legat. 1. tunc voluntatis erit quæstio, ideoque stipulator ad utrumque teneri probare poterit, d. l. 34. §. 3. de leg. 1. Gothofred. ad d. l. 18. de V. O. 2. Nisi debeat quid ex diversis causis. l. 18. de Oblig. & Act. Carpi. p. 3. c. 8. d. 17.*

III.

Bis quod fit, dicitur frequenter fieri. *Prosp. Farin. de delict. & Pan. lib. 1. 3. quæst. 23 n. 17.*

IV.

Consuetudo introducit per binum actum. *Andr. in c. 1. n. 5. de his qui feud. dare poss. quia multis vicibus dicitur factum esse, quod bis tantum*